

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Clericus g  
cum uariis

Miror cuius ordinis sint nostri clerici. Nam in congregacione temporalium se habent ut laici, in apparatu nobili ut milites, in acquisitione redituum ut clericci; sed non laborant ut laici, neque pugnant ut milites, neque euangelizant ut clericci, et cum utriusque ordinis esse cupiunt, utrumque deserunt, utrumque confundunt. Vnusquisque in ordine suo resurget. Isti in quo? Cum Deus summe sapiens ueraciter creditur a summo usque ad deorsum nichil inordinatum relinquere, uereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Bernardus libro III. de consideracione ad Eugenium in fine.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

redituum] redditum P V<sup>1</sup>; in quo] ergo P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; deus] sit *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ad *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; non] ne P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; III.] IIII. M; in fine *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>